



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XIX. Gerhard, Bischof von Verden, überträgt dem Kloster Diesdorf seine  
Gerechtigkeit an sieben Hufen in Henningen, welche die Grafen von  
Lüchow dem Kloster geschenkt haben, am 29. Januar 1264.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

merfleue, cum consensu filiorum suorum dimisit Ecclesie nostre in Distorp sub forma uenditionis cum proprietate omnia bona, que in villa dhankedeffen libera tenuit et absoluta, Ecclesiam eiusdem ville cum duobus mansis et omnibus attinenciis, Magistrum ciuium cum duobus mansis et omnibus attinenciis, Octo mansos et in tribus mansis, quos possidet Svakeben, tres quadrantes auene et tres solidos et tres pullos et minorem decimam, Seruicium et aduocatiam, Receptis a nobis centum marcis argenti examinati. Vt autem hanc uenditionem et emptionem nullus in posterum infringere presumat, predictus dominus Otto warandiam et presentem paginam inde conscriptam nobis contradidit, impressione sigilli proprii roboratam. Testes huius rei sunt: Comes wernerus de lvtterberche, filius sororis sue, Quidam miles dictus Olricus bokkesoge, Conradus rese, Thidericus de pesekendorpe, henricus de Ordene, Quidam miles piller, hermannus de kowelde, Magister ciuium de Dhankedeffen, et alii quam plures. Acta sunt hec in Ege-len, feria tertia in festo pentecostes, Anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo Sexagesimo quarto, Indictione septima.

XIX. Gerhard, Bischof von Verden, überträgt dem Kloster Diesdorf seine Gerechtigkeit an sieben Hufen in Henningen, welche die Grafen von Lüchow dem Kloster geschenkt haben, am 29. Januar 1264.

Gerardus, dei gracia verdenfis Ecclesie Episcopus Totumque eiusdem ecclesie Capitulum, Omnibus christi fidelibus uel quos presens scriptum peruenerit salutem in omnium saluatore. Quia nobiles viri Henricus et Otto, Comites de Luchowe, bona in Hennigge septem uidelicet mansos cum areis et pratis et omni iure absque aduocata eiusdem ville, quorum proprietas ad nos et nostram spectabat ecclesiam, vendiderunt domino Frithero preposito in distorpe et omni iuri suo quod in eisdem bonis habebant, ad pacem et quietem Cenobii in Distorpe firmandam, pro se et heredibus sine successoribus suis renunciantes; Presentium tenore profitemur, Quod nos vnanimi consensu et matura deliberatione proprietatem predictorum bonorum in Hennigge ad instantiam et voluntatem Comitum prefatorum in Luchowe condonauimus dicto domino Friderico, preposito in Distorpe, perpetuo iure pacifice possidendam. Ne autem super eo in posterum aliqua subrescat calumpnia, hanc donationem Sigillorum nostrorum munimine statuimus et duximus roborandam. Datum verde, anno domini M<sup>o</sup>. (CC) LX<sup>o</sup>. III<sup>o</sup>., in die valerii Episcopi.